BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 55v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



id est caeli ciuiū interrauitam imitantes; V

Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis
sethim. quae singulae denos cubitos in longi
tudine habeant. & in latitudine singulos ac
semissem, Ligna sethim de quib: tabernaculū
fiebat inputribiles sunt naturae eximii can
doris ac leuitatis. & non multū ab alba spina
nisi tantum magnitudine distantia. Unde
& hieronimus non numquā in libro hebreorū
nominū. sed & in aliis opusculis suis sethim.
absolute spinas interpretatus est. uerbi gra
tia abel sethim. luctus spinarū. Non autem
facile hoc genus ligni nisi in desertis arabiae
ubi tabernaculū aedificabatur sole inueniri,
Unde greci uel latini interpretes nomen ei ali
ud pretes hebreū ponere nequiuerunt.
utpote cuius apud eos notitia nulla erat. quam
uis quidam qualitatē naturae eius exprimere
uolentes ligna inputribilia transtulerunt.
tabulae ergo tabernaculi apostolos eorumq;
successores per quorū sermonē ecclesia per or
bem dilatata est designant. Latitudo & enim
tabularū dilatatio est fidei & sacramentorū.
quae prius in una israhelitica plebe latebat;